



Boletín Oficial

DEL

Obispado de Osma



Año LIII. 12 DE FEBRERO DE 1912 Núm. 3.º

SUMARIO.—Circulares del Ilmo Sr. Obispo acerca del Carnaval y de los predicadores cuaresmales.—Secretaría de Cámara: Anuncio de Órdenes generales; Días de Sínodo.—Sagrada Congregación Consistorial: Sobre el juramento contra el Modernismo.—Sagrada Congregación del Índice: Libros prohibidos.—Unión Apostólica Sacerdotal: Bendición de Su Santidad.—Conferencias Eclesiásticas: Cuestionarios.—Peregrinación a Tierra santa.—Biblioteca Económica del Clero.

OBISPADO DE OSMA CIRCULARES

Núm. 15.

Actos de Desagravios

En los días de Carnaval, en que tanto se ofende a Dios nuestro Señor, procurarán los Sres. Curas Párrocos y Economos y los demás encargados de iglesias celebrar actos de desagravios con toda la solemnidad posible, anunciándolos previamente á los fieles y procurando por cuantos medios les sugiera su celo que las manifestaciones de piedad sean verdaderamente extraordinarias. Para este fin habrá comuniones generales el domingo de Quincuagésima en todas las iglesias, y se expondrá el Santísimo Sacramento en la tarde del mismo día, y, si se cree oportuno, también en las del lunes y el martes.

Burgo de Osma, 12 de febrero de 1912.

† EL OBISPO

Núm 16.

Predicadores Cuaresmales

Las disposiciones acerca del juramento contra el modernismo contenidas en el *motu proprio* de Su Santidad *Sacrorum Antistitum* se refieren de modo especial a los predicadores cuaresmales, como advierte la Sagrada Congregación Consistorial en su decreto del 4 de diciembre último.

En cumplimiento de ellas, venimos en ordenar que todos los que hayan de predicar los sermones de cuaresma en nuestra diócesis, ya sean del clero secular ya de alguna orden o congregación religiosa, comparezcan en nuestro palacio episcopal antes del Miércoles de Ceniza para hacer aquel juramento.

Burgo de Osma, 12 de febrero de 1912.

† EL OBISPO

SECRETARÍA DE CÁMARA.

ÓRDENES GENERALES

Nuestro Ilmo. y Rvdmo. Sr. Obispo ha determinado celebrar Órdenes generales, contando con el favor de Dios, el día 23 de marzo próximo, sábado antes de la Dominica de Pasión.

El plazo para la entrega de los documentos concluirá el 3 de marzo; los exámenes se verificarán el 11, y el día 13 comenzarán los santos ejercicios.

Burgo de Osma, 12 de febrero de 1912.

Lic. José A. Castro Valcarce,
Secretario.

DÍAS DE SÍNODO

para renovación de licencias ministeriales en el año 1912

En el corriente año de 1912 los sínodos ordinarios se celebrarán el jueves segundo de cada mes. No lo habrá en marzo por coincidir con la Santa Cuaresma.

A los Sres. Sacerdotes cuyas licencias terminan en el día ó días posteriores al en que tiene lugar el Sínodo, desde luego se las prorroga el Ilmo. y Rvdmo. Prelado hasta el inmediato siguiente. Los señores que hayan de ser examinados para renovarlas sinodalmente, se servirán dar el oportuno aviso a esta Secretaría con veinticuatro horas de anticipación, presentando las licencias últimamente concedidas, con una certificación de asistencia a las *Conferencias* morales y litúrgicas.

Los Sres. Curas Párrocos y Ecónomos se servirán enterar de este aviso a los señores Sacerdotes residentes en sus parroquias a fin de que éstos no sufran perjuicios.

Burgo de Osma, 12 de febrero de 1912.— De orden de Su Sría. Ilma y Rvdma. el Obispo, mi Señor.— JOSÉ A. CASTRO VALCARCE, *Secretario*.

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

De jurejurando contra modernismum.

Romae die 4 Decembris 1911.—Ilme. ac Rme. Domine.—Ad dubium ab A. T. huic Sacrae Congregationi propositum, «utrum, scilicet sacerdotes, sive saeculares sive regulares, confessionibus excipiendis vel sacris concionibus habendis destinati, qui hac de causa iusiurandum praescriptum iam praestaverint, teneantur etiam illud emittere toties quoties pro nova dioecesi facultate donentur eadem munia exercendi; vel potius

sufficiat aut sit necessarium, ut de iuramento prius praestito exhibeatur fides Antistiti, qui praedictam facultatem denuo concedat», haec S. Congregatio respondendum censuit sufficere ut de iuramento prius praestito exhibeatur fides, excepto caso quo agatur de adlectis concionibus habendis per quadragesimae tempus.—Dum de hac responsione Amplitudinem Tuam ratione mei muneris certiore facio, omni quo par est obsequio me profiteor.— Amplitudinis Tuae uti fr.— † C. CARD DE LAI, EP. SABINEN., *Secret.*—*Ilmo ac Rmo. Domino D. Episcopo Gerundensi.*

S. INDICIS CONGREGATIO

DECRETUM

Feria II die 22 Januarii 1912.

Sacra Congregatio Eminentissimorum ac Reverendissimorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium a SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO PIO PAPA X Sanctaeque Sede Apostolica Indici librorum pravae doctrinae, eorundemque proscriptioni, expurgationi ac permissioni in universa christiana republica praepositorum et delegatorum, habitata in Palatio Apostolico Vaticano die 22 Januarii 1912, damnavit et damnat, proscripsit proscribitque, atque in Indicem librorum prohibitorum referri mandavit et mandat quae sequuntur opera (1):

L. DUCHESNE, *Histoire ancienne de l'Eglise*, Paris.

ABBÉ DOLONNE, *Le Clergé contemporain et le Célib.* Paris, s. a.

LETTERS TO HIS HOLINESS Pope Pius X, by a Modernist. Chicago 1910.

(1) El primero de estos libros es el de que hablamos en el número anterior del BOLETÍN: *Los seis primeros siglos de la Iglesia*. Su autor se ha sometido al decreto de prohibición. Del Sr. González Sanz, párroco de Almadén, es de esperar que también se someta.

THE PRIEST. A Tale of Modernism in New England.
By the author of *Letters to H. H. P. Pius X.* Boston
1911.

ADVENIAT REGNUM TUUM, 1. Letture e Preghiere
cristiane. - 2. Rituale del cristiano - 3. L'anno cris-
tiano. Roma 1904-5.

VENANCIO GONZALEZ Y SANZ, La bancarrota del
Protestantismo; estudio histórico-sociológico-crí-
tico. Madrid 1910.

L. CHOUILLY, Carnet du petit Citoyen. Résumés
d'instruction morale et civique.—Cours moyen et
supérieur. Verdun 1910.

TOMMASO GALLARATI SCOTTI, Storia dell'amore
sacro e dell'amore profano. Milano 1911.

*Itaque nemo cuiuscumque gradus et conditionis praedicta
opera damnata atque proscripta, quocumque loco et quo-
cumque idiomate aut in posterum edere, aut edita legere
vel retinere audeat, sub poenis in Indice librorum vetito-
rum indictis.*

ZENNER-WIESMANN, W. ROCH et O. WECKER,
AUG. HUMBERT, OTTOCARUS PROHASZKA e^l
auctor (P. A. S.) operis inscripti *Catechismo di sto-
ria sacra*, decretis S. Congregationis, editis diebus
8 Maii et 5 Iunii 1911, quibus quidam libri ab eis
conscripti notati et in Indicem librorum prohibito-
rum inserti sunt, laudabiliter se subiecerunt.

*Quibus SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO PIO PAPAE X per
me infrascriptum Secretarium relatis, SANCTITAS SUA
Decretum probavit, et promulgari praecepit In quorum
fidem etc.*

Datum Romae die 24 Ianuarii 1912.

FRANCISCUS CARD. DELLA VOLPE,
PRAEFECTUS

Loco † Sigilli.

THOMAS ESSER, O. P., Secretarius.

DE LA UNIÓN APOSTOLICA

BENDICIÓN DE SU SANTIDAD

Deseando llevar algún consuelo, en medio de tantas tribulaciones, al magnánimo corazón de nuestro amadísimo Padre y Pontífice Pío X, le dirigió el Sr. Reig reverente mensaje, dándole cuenta de los progresos realizados en España por la Unión Apostólica en los últimos meses. La benignidad suma del Padre Santo se ha dignado responder á aquella humilde exposición por medio por medio del Emmo. Sr. Cardenal Secretario de Estado, demostrando una vez más el interés vivísimo que los sacerdotes le inspiran y la predilección que siente por la Unión.

He aquí la carta del venerable y dignísimo Cardenal.

«Segretaria di Stato
di Sua Santità
N.º 54854

»Dal Vaticano die 17 Januarii 1912.

»Illmo. ac Revmo. Domino,
Henrico Reig Casanova

Moderatori Unionis Apostolicae Sacerdotum saecularium. Matritum.

Illme. ac Revme. Domine:

«Te existimasti solatium aliquod Beatissimo Patri praebiturum litteris quas nuper misisti incrementi nuntias in dies maioris quod, adiuvente Divina Gratia, in Hispania universa capit UNIO APOSTOLICA SACERDOTUM SAECULARIUM.

»Praebuisti sane, neque illud exiguum, quum haud mediocriter Sanctitatem Suam ea omnia delectent, quae eo spectant ut Sacerdotes omnes «*Christum induant, Eiusque sint bonus odor*» in omni loco.

»Optimam igitur navitatem gratulatur Augustus Pontifex cum tibi tum caeteris qui in saluberrimam hanc Sacerdotum consociationem vulgandam, foven-

dam quo par est studio incumbunt, iisdemque necnon laudatae Unionis sociis omnibus amantissime benedicit, uberrima singulis adprecatus divina subsidia.

» Hanc ego nactus occasionem, existimationem in te meam confirmo meque profiteor tibi

Addictissimum

R. Card. Merry del Val.»

AGENDA IN COLLATIONIBUS ANNI 1912

In Collatione I die XI mensis aprilis

QUAESTIO MORALIS

Justitia quid et quotuplex.—Unde constat jus domini inviolabile existere et quare.— An Ecclesia habeat jus acquirendi ac possidendi bona temporalia etiam in rebus immobilibus.

Casus.

Joannes a Deo, piissimus medicus, partim ex suo patrimonio, partim ex donationibus sponte ipsi factis vel ejus supplicatione, ingens fundavit nosocomium, in quo multi pauperes gratis omnino admittuntur et curantur. Ut infirmorum audirent confessionem et dominicis diebus concionem haberent, nonnullos Cappucinos Patres advocare solebat, et aliquas quoque Sorores a Caritate quae auxilium mulieribus infirmis praeberent. Sed nunc moritur Joannes, et ejus filius haereditate accepit a patre nosocomium, ac cum ipse pius sit, aequae ac pater pium opus continuare aggreditur. Verum parochus loci litem ei movet, contendens nosocomium esse bonum ex sua institutione ecclesiasticum et parochiale, cum situm sit in sua parochia et ex donationibus a fidelibus praestitis, adeoque ad ipsum pertinere. Quaeritur: An bene agat Parochus et quid dicendum ad casum.

QUAESTIO LITURGICA

Quae obligatio adest in parochis renovandi S. Species, quae pro communione aservantur.

In Collatione II die XXVI mensis aprilis

QUAESTIO MORALIS

Clericorum bona quoduplicis generis sunt, et de quibus perfecto dominio gaudent.—Quid intelligitur per superfluum; et an clericus habens ex patrimonio unde vivat, etiam integre ex fructibus beneficii se sustentare queat.

Casus

Julius parochus, neglectis pauperibus, notabilem pecuniae summam ex stipendiis missarum aliisque honorariis, ex beneficio, ex redditibus sui patrimonii ac ex parcimonia in victu collectam partim in varios cognatos et amicos distribuit, partimque in senectutem reservat. Sed repentina morte correptus, absque testamento e vivis sublatus est; quare ea omnia quae a Julio retinentur, inter haeredes divisa sunt. Quaeritur: An et quomodo peccaverit Julius.—An haeredes reservatam illam pecuniam vel saltem partem aliquam pauperibus teneantur restituere.

QUAESTIO LITURGICA

Quoties et quomodo Pixis est purificanda.—Quid de hostia in ostensorio posita vel reponenda

In Collatione III die IX mensis maii

QUAESTIO MORALIS

Subjectum domini qui esse possunt ac sunt.—An pueri etiam et amentes ac nondum nati.—An homo habeat dominium suae famae.

Casus

In obsidione cujusdam civitatis, durante bello et

injectione globorum ignivomorum, palatium divitis incensum est, et domestici omnes de extinctione incendii desperantes aufugerunt. Petrus autem domum vel palatium ingressus est latenter, cistulam auro plenam abstulit, quam certe absque ullo scrupulo retinet, tamquam fructum suae extraordinariae et audacis industriae. Quaeritur: An Petrus vere dominus illius cistulae habendus sit, et tuta conscientia eamdem sibi retinere possit, ac quare.

QUAESTIO LITURGICA

Quid agere debeat sacerdos qui plures Missas in una die celebrat, sive in eodem sive in diverso loco.

In Collatione IV die XXIII mensis maii

QUAESTIO MORALIS

Dominium quot modis acquiri potest.—Occupatio quid et eius condiciones.—An et quomodo peccet qui venatur aut piscatur contra legis prohibitionem.—Cujus est fera laesa vel laqueo capta?

Casus

Lucius, urbe ab hostibus capta et dirempta, emit ab aliquo milite vestimentum exiguo prorsus pretio, in quo insutas reperit varias schedulas nummarias maximi quidem valoris; quod tribuens divinae Providentiae, totam summam hanc sibi reservat. Quaeritur: An in casu locum habeat occupatio.— An Lucius proinde licite ac jure illam summam suam fecerit ac retinuerit.

QUAESTIO LITURGICA

Celebrante purificato, ubi et quomodo dicenda communio necnon orationes sequentes, et oratio super populum, quando dicenda sit.

In Collatione V die XIII mensis Junii

QUAESTIO MORALIS

Quae res inveniri possunt et quid thesauri nomine veniat.—

Ad quem pertinent res nuper amissae et bona derelicta.— Quando inventor rei amissae eam sibi retinere valeat.

Casus

Jacobus, opifex structor, in aliqua antiqua domo laborando, quae plurimis vendita fuerat et a pluribus habitata, ingentem invenit aureae pecuniae summam saeculi decimi septimi intra duos vicinos muros absconditam, qui unicus murus apparebat. Dimidiam hujus pecuniae partem sibi retinet, alteram dimidiam domus domino cedit. Item, quosdam ab alio amico emptos pisces exenterando, veterem invenit aureum in uno, in alio gemmam invenit pretiosam, et utrumque sibi soli retinet. Quaeritur: Quid de Jacobo dicendum in utroque casu. An recte agat et tutus esse possit.

QUAESTIO LITURGICA

In fine Missae quomodo danda benedictio; et quomodo ultimum evangelium legendum.

In Collatione VI die XXVII mensis Junii

QUAESTIO MORALIS

Accesio quid et quot modis fieri solet.—In aedificatione quid statuitur quoad indemnitatem a Jure Romano.—Quid vero Jus Hispanum disponit.

Casus

Anna, piissima mulier nonnulla praedia donavit Pio, ut in parte hujusmodi praediorum monasterium pro recipiendis Carmelitis aedificaretur, reliqua vero pars ipsarum sustentationi inservire deberet, quae quidem donatio a Carmelitis fuit acceptata. Expleto jam aedificio, et illis in conventu jam commorantibus, Pius collegium aliud in eodem praedio aedificavit puellis educandis destinatum, aliisque monialibus tradidit. Hinc Carmelitae valde quaeruntur et petunt, ut jura quae ipsis competunt supra praedio a pia muliere ip-

sis donato, integra serventur et collegium illud removeatur.—Quid ergo ad casum dicendum.

QUAESTIO LITURGICA

An requiratur sub mortali minister in missa privata.—Quot et qualis minister esse debeat.

In Collatione VII die XI mensis julii

QUAESTIO MORALIS

Auctores operum vel artium quod dominium vel jus habent.—Quomodo vel quando locum habet specificatio.

Casus

Girinus pastor alienam surripuit lanam, ex qua curavit pannum confici ad vestes resarciendas; frumentum quoque surripuit alienum, et cum proprio frumento ejusdem qualitatis, sed longe majoris quantitatis, admiscuit. Domini lanae et frumenti furtum cognoscens pannum et totum frumenti cumulum a Girino repetunt. Quaeritur: An hi domini jure reclamant et quod jus unicuique competat in rem suam.

QUAESTIO LITURGICA

Missae cantatae sine diacono et subdiacono quomodo celebranda.—An incensatio in hac Missa sit facienda vel prohibeatur

In Collatione VIII die XXVI mensis julii

QUAESTIO MORALIS

Usus et usufructus quid sunt.—Usufructuarius quid habet in re aliena, quod onus ipsi incumbit et quomodo ea uti debet.—Quae veniunt sub usum ac usufructum.

Casus

Alberta ex tenui suo labore victum sibi suisque parentibus suppeditabat; die vero sabbati, accepta totius hebdomadae mercede, domum redibat, cum ecce duo latrones crudeliter eam spoliaverunt. Illa autem lacrimis efflagitavit, ut saltem aliquid sibi relinquerent.

quo miseros parentes alleviare possit; ejus precibus commoti latrones ex eorum crumena tres argenteas monetas illi porrexerunt; sed domum reversa, Alberta cum ingenti gaudio advertit eas monetas aureas esse et sexaginta argenti aequivalentes.—Quaeritur: quando locum habeat commixtio.—An teneatur aliquid restituere Alberta vel totum retinere possit.

QUAESTIO LITURGICA

Quid per Missam solemnem intelligitur, et quae officia diaconi ac subdiaconi ante Missam.

In Collatione IX die VIII mensis Augusti

Praescriptio quid et quotuplex.—Potest lex humana vi ejus dominium transferre etiam in conscientia.—Quae ad praescribendum requiruntur, et quae res praescribi possunt.

Casus

Donatilla monialium abbatisa, reperit in monasterii archivio antiquum documentum, quo constat Missam esse fundatam in ecclesia monasterii et pro fundatore applicandam. Cum tamen haec fundatio oblivioni data fuerit jam a longissimo tempore, anceps abbatisa est, an procurare debeat, ut praedicta missa celebretur, et missae hactenus omissae, vel saltem pro his obtinendam esse a S. Sede dispensationem. Quaeritur: An onera missarum praescriptioni obnoxia sint.—Quid abbatisae respondendum.

QUAESTIO LITURGICA

Quot et quas reverentias celebrans, diaconus et subdiaconus infra incensationem facere debeant—An etiam imagines et reliquiae thurificari possint ac debeant.

In Collatione X die XXII mensis Augusti

Titulus quid et qualis requiritur in praescriptione.—Quod tempus pro acquisitiva et liberativa, tam in immobili quam in mobilibus Jure Romano et Hispano.

Casus

Silvinus solvere debebat quotannis Elvidio canonem

60 libellarum ex censu perpetuo. Post triginta et amplius annos canonem bona fide non solverunt neque ejus filius, haeres universalis, quin Elvidius neque ejus haeredes reclamassent. Antiquas autem quadam die perlegens scripturas et alia documenta familiae Silvii filius in agnitionem venit praetermissae solutionis; verum cum jam triginta anni elapsi essent, quaerit utrum jam praescriptio sit legitime facta.— Quid ergo ei respondendum.— Quid requiritur ut praescriptio procedat, et quid de canone praecedentibus annis non soluto.

QUAESTIO LITURGICA

Quaenam ex rubrica omittenda sunt in Missis de Requiem.— An oscula quoque et preces vestium.

In Collatione XI die XII mensis Septembris

QUAESTIO MORALIS

— Possessio quid est.— Cur est necessaria ad praescribendum.— Quibus gaudere debet conditionibus seu qualis esse debet.

Casus

Ambrosio custodienda tradita fuit arca quaedam continens plures pretiosas gemmas et varia objecta ex auro et argento confecta. Eo autem defuncto, ejus filius praedictam arcam bona fide adnumerat inter alias res haereditarias; eamque per duos vel tres annos retinet. Sed ecce Joannes filius et haeres Ambrosii quadam die arcam repetit tamquam suam. Quaeritur: An filius Ambrosii praescriptionem opponere possit.

QUAESTIO LITURGICA

Quae servanda in Missa solenni de Requiem circa incensationem, oscula et concionem.

In Collatione XII die XXVI mensis Septembris

QUAESTIO MORALIS

Quando dicitur praescriptio interrupta, quando vero suspensa.— In quo differt interruptio naturalis a civili.

Benignus, artifex, horologium portatile Petro confecerat pro pretio 100 milliarum; solutio a Petro dilata fuit per plures annos. Benignus autem Petrum virum potentem timens solutionis petitionem omittit; sed jam sex annis elapsis, moritur Petrus, et Benignus horologii pretium a Petri haerede universali statim petit, qui praescriptionem debiti allegat ad non solvendum. Quaeritur ergo: An a solutione horologii revera liber censendus sit ille haeres.

QUAESTIO LITURGICA

Quotuplex S. Sacramenti expositio.—In quo unaquaeque consistat et quae ad publicam ac privatam requiruntur.

In Collatione XIII die X mensis Octobris

QUAESTIO MORALIS

Bona fides quid, et quare necessaria sit ad praescribendum.—An etiam requiratur ad se liberandum a servitute passiva.—An praescribat haeres qui dubitat de bona fide antecessoris.—An mala fides antecessorum semper impediatur a praescriptione.

Casus

Silvester plures donavit Caio gemmas; eas nunc repetere vult, praetendens quod donatio illa facta non fuerit legali actu. Iterum ipse novit patrem suum alienum agrum bona fide possidere, verum ipse tacet et sinit eum per decem annos possidere praedictum agrum, quibus completis, pater moritur. Quaeritur: An Silvester gemmas retinere juste possit; et an agrum sibi reservare titulo praescriptionis.

QUAESTIO LITURGICA

Quomodo fieri debet expositio, et quae servanda sunt coram S. Sacramento publice exposito.

In Collatione XIV die XXIV mensis Octobris

QUAESTIO MORALIS

Quid est servitus active et passive.—Quomodo dividitur ratione originis, objecti ac modi.—Quomodo extinguitur.

Casus

Ludovicus, filius minor, bona fide possidet domum mala fide a suo tutore emptam. Post novem annos possessionem impugnat Leo falso quodam documento innixus, quare nihil a iudice obtinet. Post tres autem annos possessionem impugnat quoque Antonius Leonis filius, qui authenticum proprii tituli invenit documentum; verum Ludovicus praescriptionem opponit. Quaeritur: Utrum recte ac jure agat Ludovicus.

QUAESTIO LITURGICA

Quinam ritus ac ceremoniae adhibendi in exponendo et deponendo S. Sacramento.

PEREGRINACIÓN A TIERRA SANTA

El eximio católico D. José María de Urquijo está organizando la séptima peregrinación a los Santos Lugares, la cual saldrá de Barcelona el 25 de abril y durará hasta el 28 de mayo, con este itinerario:

Caifa, Monte Carmelo, Nazaret, Monte Tabor, Tiberiades, Lago de Genezaret, Magdalah, Capharnaum, Bethsaida, Caná de Galilea, etc, Jafa, Jerusalén, Belén, Estanques de Salomón, Hortus Conclusus, San Juan de la Montaña, Betania, Jericó, Jordán, Mar Muerto, Civita-Vecchia, Roma y Barcelona.

Esta peregrinación irá presidida por los tres ilustres Prelados de Ciudad Real, Almería y Lugo, y será numerosa a juzgar por los que ya están inscriptos.

A su debido tiempo, se puntualizará el itinerario

detallado, y se remitirá la lista de peregrinos, á fin de que, á elección de cada cual, se constituyan los grupos.

— Antes del día 29 de Febrero deberá *entregar* cada peregrino el 50 por 100 de su billete, que cuesta 1500 pesetas en primera clase, 1000 en segunda y 500 en tercera, pudiendo servirse para el envío, bien de una transferencia del Banco de España o de un giro cualquiera *sobre Bilbao*, a favor de D. José María Urquijo.

Biblioteca Económica del Clero

Una empresa digna de todo aplauso va a realizar en Pamplona, bajo los auspicios del Excmo. e Ilmo. Sr. Obispo de aquella diócesis, el M. I. Sr. D. Emilio Román Torío, Consultor de la Comisión Bíblica de Roma y autor de trabajos tan recomendables como la edición del Nuevo Testamento publicada por la casa Herder. Su objeto es enriquecer las librerías de los sacerdotes, ofreciéndoles en castellano por precios extraordinariamente económicos las obras de los autores extranjeros más notables de nuestros días acerca de ciencias eclesiásticas y demás estudios relacionados con ellas. La más pura ortodoxia y la más severa crítica científica presidirán a estas labores. Las ediciones se harán en volúmenes de unas 250 páginas, impresos con toda corrección en buen papel y tipos nuevos muy legibles.

No es una revista, ni menos aun una explotación, sino una biblioteca como la de la *Religión* que salió a luz a principios del siglo pasado y la *Librería Religiosa* del Venerable P. Claret, cuyas ediciones eran sumamente baratas.

Diríjanse las cartas solicitando la inscripción como suscriptores, al Sr. Román Torío, Canónigo Lectoral, Pamplona.

Doce tomos cada año, 12 pesetas.

BURGO DE OSMA—TIP. DE HIJOS DE JIMÉNEZ